

W d
1061



K. 17.



DE EO, QVO NIHIL EST EXCELLENTIVS.
 SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
 DOMINO
FRIDERICO III,
 DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
 ANGARIAE AEQVE AC WESTPHALIAE, COMITI
 PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, PRINCIPI S
 DIGNITATE COMITI HENNEBERGAE, COMITI MARCAE
 ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII,
 TONNAE, REL.
 DOMINO AC PATRIAE PRINCIPI LONGE
 CLEMENTISSIMO,
DIEM NATALEM
 VII KAL. MAII, A. R. S. MDCCCLIX
 PRECIBVS, QVIBVS NIHIL INTENTIVS, BONORVM OMNIVM
 SIDERIBVS REDEVNTEM SERENIS

Q V V M
 EISENBERGENSIVM MVSARVM NOMINE
 ALIQVOT ADOLESCENTES QVAM DEVOTISSIME GRATVLATVRI SVNT:
 EXCELLENTISSIMVM PROVINCIAE EISENBERGENSIS
 PRAESIDEM,
 PERILLVSTREM AVLAE PRAEFECTVM,
 GRAVISSIMOS ATQVE SPECTATISSIMOS SCHOLAE INSPECTORES
 ET IN HIS
 EPHORVM EIVSDEM MAXIME VENERANDVM
 AC OMNES FAVTORES ET REI SCHOLASTICAE
 AMPLIFICATORES
 AD GRATIOSE BENEVOLEQVE AVDIENDAS ORATIONES
 MEMORITER HABENDAS
 SVBMISSAE, OBSEQVIOSEQVE ET DECENTER
 INVITAT
M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,
 EXCVDEBAT CHRISTIANVS HENRICVS WALTHERVS.



SERENISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM
 FRIDERICVM III, DVCEM SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,
 MONTIVM, ANGARIAE AEQVE AC WESTPHALIAE, COMITEM
 PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONEM MISNIAE, COMITEM PRINCI-
 PIS DIGNITATE HENNEBERGAE, COMITEM MARGAE ET RAVENSBERGAE,
 DYNASTAM RAVENSTEINII, TONNAE REL. PATRIAE PATREM, quo ne vllus
 Principum clementior, munificentior, sibi sapientem esse ideoque in sapientum numero ne-
 mini cedere, istum modo, qui sibi non sapit atque omnino huius rei, qua nihil excellentius
 habetur, expers est, inficias iturum esse autumo. Tantum igitur abest, vt ne vilius quid
 argumento, cuius oracula diuina, at qualia et quanta! vt et profani scriptores, qui quam
 longissime a doctrinae vulgo absunt, saepe numero mentionem faciunt, vnquam exiltimem,
 vt potius ea propter nullo inferius et *Diei*, quo optatiore, splendidiore, illustriore *terrae*
Fridericianae ciuium *Amoris*, Prouinciarum *Decoris*, FRIDERICI QVAM CLEMEN-
 TISSIMI, Musagetae acutissimi, *Dies*, inquam, Natali duxerim conuenientissimum. Tam
 horrendo armorum strepitu, quo patria, qua nihil dulcius, omnis personat, ciues a quauis
 calamitatum iniuria securosque ac tutos reddere, quid cum eo, quo nihil excellentius, magis
 credam coniunctum? Proinde non possum non, quin DEVM T. O. T. Q. M. quibus
 modo precibus valeo, supplex adaeam, vt imperii prosperitatem SERENISSIMI DVCS
 AC DOMINI NOSTRI, DOMINI MVLTŌ CLEMENTISSIMI, quavis prosperitate
 auctam esse, corporis valetudini valetudinem exoptatissimam addere, annorum vitae fauissi-
 simae spatia ampliare hisque tertis tam salutaria longe multumque dilatare; SERENISSI-
 SIMAM CONIVGEM, coniugum exemplar incomparabile, PRINCIPEM AC DOMINAM
 NOSTRAM CLEMENTISSIMAM; pariter ac SERENISSIMVM PRINCIPEM HERED-
 EDEM, in PARENTVM SERENISSIMORVM et patriae spem incredibilem adolescentem; et
 simulatque TOTAM DOMVM SAXONICAM GOTHANAM SERENISSIMAM poten-
 tissime protegere, protectam nullo non tempore florentissimam seruare velit! Quae etiam
 quum sunt in Musarum heic loci degentium votis deuotissimis: earum nomine prodibunt

Adolescentes honestae famae, vegetaeque indolis et optimae spei,

IOH. GODOFREDVS ZEIDLER, }
 IOH. THEOPHILVS BVRGER, } Ezdorffio-Eisenb.
 CAROLVS THEOPHIL. BERGNER, Nostras,

CHRISTIANVS AVGVSTVS WOLFF, Neidschuitio Ter. Orient.
 quorum alter intentissimis praemisurus votis orationem latino idiomate consignatam *de Sapi-*
entiae Scaturigine; primo dictus loco germanico vsus *de veducadante eiusdem Flumine*; qui
 hunc excipit, iterum latinam, sed ad numeros adstrictam, *de Salomonis Sapientia*; quartus
 denique *de illa Friderici Elektoris Sax. Sapientia*, ligatam vernaculo veltitam.

De eo iam, quo nihil excellentius, quam dicturi sunt: de eodem argumento quaedam
 praefari liceat et paucis ostendere, quod *sapient, qui sibi sapiat*. Quae quidem sententia,
 quod animum aliquantisper suspensum tenet, ad sententias a solertissima Scientiarum et artium
 indagatrice, graeca gente, mutuatas accedere videtur. Admiratu digna sapientum pagano-
 rum dicta: *Ὅτι μόνον ἀγαθόν, τὸ καλόν· ὅτι αὐταρκής ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν·*
ὅτι ἴσα τὰ ἀμαρτήματα καὶ τὰ κατὰθεώματα· ὅτι πᾶς ἀφρων κινεῖται· ὅτι μόνος ὁ
σοφὸς ἐλεύθερος καὶ πᾶς ἀφρων δούλος· ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλεῖστος· vt L. B. habeat, non
 aegre fero: attamen nec hanc sententiam: *Eum sapere, qui sibi sapiat*; omnino flocci du-
 cendam esse arbitror. Sapientiae studium commendari, vel me non monente, admodum
 elucet. Prius vero, quam ad ipsius sapientiae ornamentum venio, de sapiente dicere liceat:
 quamuis coniunctum simpliciter inferius.

Natiuo

Natio scilicet significatu sapientem dicere consuescimus gustando sentientem, quod ad palatum sit, aut minus. Quae grati sint saporis, gulae relinquamus; non desunt, quibus mens delectetur. Sapiendi vox ad animum translata et in toto ambitu accepta complectitur et consummatam Christianorum, et eruditam Paganorum Sapientiam, quam *Sophia* Graeci dixerunt. Quin immo omnem cognitionem, quam modo consequimur, siue ex sacro reuelationis fonte, siue ex haud turbida rationis scaturigine hausta sit, Sapientiam nominare, vsus fert ac consuetudo. Vtatisime tamen vocabulo sapientiae sumto non intellectum modo emendans, vt sciuntum a falso verum eligatur, alterum reprobatur, sed voluntatem quoque flectens, quo bonum repudiato malo primas teneat, intelligitur scientia. Quae idcirco non incommode naturae comes et adiutrix, hominis cultos et procuratrix, omnium rerum moderatrix, rerum parens et adiutrix, omnium rerum princeps itemque diuinarum et humanarum rerum scientia vocatur.

Ad ipsius sapientiae adyta accessum iam parare liceat. Sapientiam negemus? Nimis praerupta haec foret sententia, sapientiae studio aduersa et cunctorum honestorum ore damnata. Vocabulo in ambitu quidem suo accepto non omnino a veri DEI cultu alienis incognita fuisse videtur. Etenim quare docti quondam viri docuissent: *Istuc esse sapere, non quod ante pedes modo est, videre, sed illa etiam, quae futura sint, prospicere?* Quam ob rem dixissent: *Ne quenquam sapere, nisi, qui ipse sibi prodesse nequeat?* Cur eandem feliciter sapere credidissent, qui periculo alieno sapiat? Profecto, isti homines nisi existimassent, haud deesse sapientes; non eum depinxissent sapientissimum, cui, quod opus sit, ipsi in mentem veniat; proxime illum accedere, qui alterius bene inueniens obtemperet. Etiam si rationis ductu perpexerunt, sapiente sapientiore peccare neminemque hominum satis sapere: vna tamen, quod sapientes crediderint, apparuit. Quare cum *Xenophonte* pagani iique prudentiores sapientiae fundamenta temperantem esse duxissent et continentiam tanto hominum ornamento non existente? *M. Caeronem* *Vicentem*, *Porcii* nepotem, in sapientum numero habuissent idem nomen in senectute consequentem nec perlecto *Platonis Phaedone de animae immortalitate* gladio incumbendo famae maculam inurentem? Cui certe sapientum numero non adscripserunt *Laetium*, *Senecam*, sapientiae fontem, vt *Lipso* placet, *M. Antoninum Philosophum*, Romani; *Cleobulum*, *Solonem*, *Chilonem*, *Pittacum*, *Thaletem*, *Biantem*, *Periandrum* ipsumque *Socratem* *Apollinis* oraculo sapientem dictum, Graeci: nisi sapientia potiri posse hominem virtute ornatum arbitrati fuissent. Quam praestantior vero vera est sacris purioribus imbutorum sapientia, quam inter et scientiam insanum quantum discrimen! Sapientum nomine digni, qui non nisi a falso verum secernere didicerunt? Omni doctrina liberali politissimos saepe numero a sapientiae ornatu esse seiunctissimos, quem fugit? Proinde non bonum a malo tantummodo secernendum, sed cupiditatem quoque ad obtinendum bonum in mente alendam, malum contra ea, quo nihil detestabilius, exsecrandum et detestandum esse, omnino opus est. Sapientiam rem magnam et plane diuinam! Etenim diuina gratia adiutrice intelligitur, sapientiam non a solius intellectus cognitione pendere, sed voluntatis propensionem plurimum conferre ac hominem eiusdem auidum nihil prius, nihil antiquius ducere, quam quo bonum diligentissime persequendo, caeteris tamen non posthabitis, aeternam consequatur felicitatem. Rem tam praeclearam et a nemine nisi ab omnium conditarum rerum creatore ac gubernatore esse, equis est, qui neget, expetendam? A solo videlicet DEO bona, quibus nihil perfectius est, tum corporis, tum animae, et huius et hanc secuturae vitae proficiscuntur. Equidem sint, qui suis viribus vsi, se sapientiam consecutos esse, affirmant seque sapientes profiteantur: ast, verum sapientem sapientem se dicere solere annueres? Probe enim, quantum sibi desit, intelligit tantumque abest, vt gloriectur, vt potius suspiret. Sapiens se non reputat sapientem, non inepte ratus: primum ad stultitiam gradum esse, se sapientem credere, proximum proficere. Quo diutius sapientia in considerationem trahitur, hoc difficilior est creditu, breui hominem suis ipsius viribus solum ad sapientiam peruenire posse: quandoquidem assiduum requiritur studium, nec est res studii paucorum annorum breuis, sed

tota

FK Wa 1061

tota eaque longissima vita opus est. Hinc Philosophorum ille quasi Deus, *Plato*; quantum paganorum sapientia scientiae modo nomine insignienda; dixisse legitur: *Beatum, cui in senectute contigerit, sapientiam verasque opiniones assequi posse*. Ad sanctorum adeo virorum a DEI SPIRITV impulsorum mentem sentiens haereo, an hac in vita ad sapientiae perfectionem homo pervenire queat. Gentilium quippe doctor, cuius animi vis a sensibus quodam tempore sciuncta fuisse scribitur, consummatam perfectionem sapientiae assequi nequiuit, id quod sancti huius viri verba non obscure innuunt: *Non quod iam acceperim aut perfectus sim*. Nihil tamen fecius, quam vehementissime ipsum sapientiam inhialise, in aprico est. E quibus simul manifesto apparet, sapientis proprium esse, suam nosse et ingenuo ore fateri imperfectionem, simulatque, quom sapientiam assequi res tam ardua sit, eam non nisi SPIRITV S. adiutore obtineri posse, omnino ratum habere.

Vtramque autem animae vim ad assequendam sapientiam adhiberi debere, ad discernendum quidem verum a falso intellectus nempe, in quo negotio iudicii virtus eminet; in amoliendo malo amplectendi boni causa voluntatis assensum, non plane expertes fuisse dicantur pagani: DEI veri vero omnino ignari ad veram felicitatem tendere potuisse iudicemus, quom sine virtutis paganis plane incognitae decore, in primis absque fiducia in mundi *Salvatore* ipsis incognito posita, ad eundem pertingere nequiverint? Virtus, animae ornamentum, quo nihil pulchrius, in eo tota est, vt summo potiat BONO, quod vere hoc insigniri potest titulo, quom ex perfectionibus, quae adesse debent, ne vlla quidem desit. Supremo DEO Bonum habetur maius? Nonne eius scientia tam excellens est, quam quae potest esse excellentissima? Sapientiae, Bonitatis, Iulitiae, Sanctitatis praeslantiam postulas? Naturae humanae impresit DEVS, quid faciendum, quidue omittendum sit, quae IPSI, quae aliis, quae tibi debeas. Non ampliore virtutis campo credas, quem sapientiae desiderio flagrans est ingressurus; cuius et est, SPIRITVS S. gratia vitare, quae, quo minus virtutes progerminare queant, impedimento habentur. Quibus accuratius ponderatis nemo est, qui non intelligat, sapientia illa vere diuina nihil esse excellentius et qui hac ratione sibi sapiat, vere sapiat. Regi Iudaeorum omnes sapientia vincenti eadem non incognita fuisse sacrae tradunt paginae ea propter et, ineffabilis sapientiae doni cum audissimum fuisse, neminem, nisi sacrarum litterarum omnino inficium, praeritit. Namque non in ipsius somniantis votis fuisse legitur, vt diuitis circumfluat, vt vitae longinuae commodo fruatur, vt delectis ad interneconem hostibus superior euadat, sed *Sapientiae* ornamento vt emineat: qui quoque vitae sanctitatis studiosissimus, quod sibi sapiendo et corporis et animae maximopere curam habuit sollicitam, vere sapuisse ducendus est. Quam animi tranquillitatem sapiens nullo pectoris angore, nulla pravae conscientiae solitudine vexatus consequitur! Bonum auro gemmisque longe pretiosius! Desideratissimum bonorum, quorum homo hac in vita particeps fieri potest, complexum longe amplissimum! Haec sapientia sola hominis vitam reddi incundam,

suauemque et mirum in modum hilarem. Nonne igitur, qui sibi sapit, sapiat?



1061

m

ULB Halle
008 559 880

3



VD 18

nu





DE EO, QVO NIHIL EST EXCELLENTIVS.
 SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
 DOMINO
FRIDERICO III,
 DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
 ANGARIAE AEQVE AC WESTPHALIAE, COMITI
 PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, PRINCIPI S
 DIGNITATE COMITI HENNEBERGAE, COMITI MARCAE
 ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINI,
 TONNAE, REL.
 DOMINO AC PATRIAE PRINCIPI LONGE
 CLEMENTISSIMO,
DIEM NATALEM
 VII KAL. MAII, A. R. S. MDCCCLIX
 PRECIBVS, QVIBVS NIHIL INTENTIVS, BONORVM OMNIVM
 SIDERIBVS REDEVNTEM SERENIS

EISENBER
 ALIQVOT ADOLESC
 EXCELLENTISSIM
 PERILL
 GRAVISSIMOS ATQ
 EPHORVM EIV
 AC OMNES F
 AD GRATIOSE B
 SVBMISSE,
 M. IOH. D
 EXCVDEBAT

